Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum L

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Et esse cum Christo quod melius est manere autem in carne magis necessarium est propter vos et ei qui ad Christum erat discessioni proposuit proximi edificationem. Hoc enim maxime est esse cum Christo voluntatem eius facere. Voluntas autem eius nichil aliud est sicut quod expedit proximo. Si enim in secularibus nullus sibi ipsi vivit sed et artifex et miles et agricola et negotiator ad id quod communiter expedit sunt et quod proximo prodest conferunt universi multo magis in spiritualibus hoc oportet facere hoc enim maxime est vivere. Qui sibi ipsi vivit solum et omnes despicit superfluus est et neque homo neque generis nostri. Hec Crisostomus. Ex predictis videtur quod aliquis fidelis in civitate manens qui absque suo scandalo utilis est vel esse potest proximis quoad vitam eternam peccat mortaliter si se transfert ad heremum vel monasterium ubi alios non instruit verbo vel exemplo nec curam quam posset et deberet circa proximos gerit quia ita abscondit talentum et est servus piger. De infirmis enim non loquimur qui de facili scandalizantur quia eis est tutum fugere consortium pravorum et laqueos dyaboli. Sed contra videtur quia prevalet active contemplativa. Dominus enim dicit Marthe Mariam optimam partem elegisse que non auferetur ab ea. Et Jeronimus in pluribus locis epistolarum suarum usque adeo prefert active contemplativam ut viros religiosos et multis utiles notet ad heremum etiam nichil in mundo agerent habito respectu ad vitam monachorum et anachoritarum. In hiis ergo necessarium videtur ut quisque vires suas consideret et ad quod opus ipse sit aptior penset. Si enim ad contemplativam sit habilior et ad orandum devotior tute se transferat ad heremum oraturus pro se et aliis. Et ita plus proderit eis in heremo pro ipsis orando quam in mundo eis predicando nec abscondit pecuniam domini sui in terra sed in domino licet non predicet quia talentum orationis et devotionis in quo amplius valet et meliorem se sentit omnibus erogat nec piger dici debet qui totus in sancta devotione et oratione ieiuniis vigiliis et fletu est. Verumtamen si quis videret gregis sibi commissum periculum imminere et nullum ydoneum in curam gregis sibi successurum periculum esset gregem deserere et ad heremum se transferre licet habilior ad orandum sit dummodo de suo scandalo non presumat. Prelatus quidem qui ydoneus est ad predicandum et plures instruere potest ac sibi et aliis in tali officio utilis est talis fraternam caritatem non observaret si populum sibi commissum et se ad heremum transferret cum utilior in agro predicationis quam in heremo esse possit. In hiis vero quemque in caritate manentem spiritus sanctus intus docebit quid ei melius faciendum sit et sollicita circa hec inquisitoris quo in satisfaciet.

Oratio

Domine Ihesu Christe qui nobis tua dona misericorditer tradidisti monens ut vigilantes et sollicite agentes ex eis fructum afferamus da michi indigno servo tuo de donis a te receptis vigilanter negotiari et ea per fructus bonorum operum multiplicare usque ad tuam gloriam proximi edificationem et mei profectum sic bene vivere ut cum servis tuis bonis et fidelibus merear remunerari ac te iubente intrare in gaudium felicitatis eterne et suscipere que preparasti diligentibus te Ihesu bone.

De vigilancia [illegible] et extremo iudicio

Postremo ponit terciam parabolam que pertinet ad activos quorum est se exercere in actibus misericordie pro quorum exercitio vigilantes in talibus remunerabuntur desidentes autem a talibus condempnabuntur et describit ventilationem que fiet in extremo iudicio ac modum divini iudicii. De hoc enim dicit Augustinus: Si quis esset qui de tota Scrip-

scriptura nichil aliud sciret nisi solummodo
lector istam partem hoc solum sibi sufficeret
ad salutem quia continentur hic merita et de-
merita premia et supplicia bonorum et malo-
rum Condiciones autem iudicis in hoc ad-
uentu secundo ponit per oppositum condicionibus eius
in aduentu primo Venit enim primo in humilitate
apostolorum pauperum societate et propria in-
firmitate secundo ueniet in maiestate angelorum
societate et iudicis dignitate Veniet ergo
filius hominis scilicet uirginis ad iudicium in maie-
state sua quia tunc iudicaturus apparebit
in forma hominis gloriosa qui in primo ad-
uentu iudicandus apparuit in forma passi-
bili et infirma Unde remigius in maiesta-
te deitatis iudicaturus adueniet qui in hu-
militate serui iudicandus apparuit Itaque
tradendus in promo circa primitiuum gloria
triumphantis ut scrutatur scandala hac per-
missione compensaret et ut melius illa pate-
rentur discipuli et libencius sub tante glorie
expectatione Unde et Crisostomus Deus manifeste
ueniet manifeste inquam non iam celatus in
corpore sicut antea ut uix eum eciam boni
cognoscerent sed manifestus in gloria ut eci-
am mali eum confiteantur in uita ut qui con-
tempserunt eum in humilitate cognoscant
eum in potestate Et qui scire noluerunt quam
dulcis est misericordia eius sentiant quam gra-
uis est ira ipsius hec Crisostomus In forma ergo
humana ueniet ut ab omnibus uideri possit
Si enim in forma diuina ueniret non posset
uideri a malis quia talis uisio non est sine
delectatione maxima que tunc non competit
eis et ideo dicit cum uenerit filius hominis
In famulatu autem eius uenient omnes an-
geli eius cum eo propter iudicis honorem et
tamquam testes actuum humanorum et
executores sine ferende per ipsum unde
Crisostomus Omnes enim angeli ipso aderunt testa-
tes et ipsi quantum administrauerunt mis-
si a dominatore ad salutem hominum Tunc

sedebit super sedem maiestatis sue i. in ecclesia
in qua apparebit cum omnipotencia sua
per quod signatur potestas iudiciaria que
christo homini est data Et tunc congrega-
buntur ante eum tamquam ante iudicem suum
omnes gentes omnis temporis omnis condicionis omnis etatis
quia nullus poterit tunc latere uel se abscon-
dere unde Crisostomus ubi illuminatio euangelii ad
omnes gentes predicata peruenit tunc omnes
gentes inexcusabiles facte sunt et ideo tunc
iuste ad iudicium congregabuntur Et separa-
bit eos ab inuicem scilicet bonos a malis sicut
pastor segregat oues ab hedis De die sunt
simul in pascuis oues et hedi sed in uespere
pastor eos segregat sic in uita presenti sunt
in ecclesia simul boni et mali sed in uespere mor-
tis seu in fine mundi separabit christus bonos a malis
sic oues ab hedis Separabit inquam merito om-
nium merita discernendo locum loca uaria assig-
nando uocabulo diuersis nominibus appellando
hos edos illos oues In omnibus intelligitur
innocencia bonorum propter simplicitatem in-
ciatem fecunditatem in hedis intelligitur per-
uersitas malorum propter feditatem impetuositatem
sterilitatem unde Crisostomus Deinde et a nominibus
utrumque eorum modum ostendit hos quidem he-
dos uocans hos autem oues ut horum quidem
infructificationem ostendat nullus enim ab hedis
fructus fit horum multum questum etenim
multus ouium est questus et a lana lacteque
et agnis que parturiuntur a quibus om-
niens desertus est hedus Et iterum Oues ho-
mines iusti propter mansuetudinem quia ipse
neminem ledunt et propter pacienciam quia cum
ab aliis lesi fuerint sustinent hedos autem
homines peccatores dicit quia in capris hec
naliter insunt uicia libido pre ceteris animalibus
superbia ira inuidia concupiscentia gule et cla-
moribus super omnia garrule In omnibus
his uiciis peccatores habundant et ideo he-
dis sunt assimulati hec Crisostomus Et statuet
oues seu bonos a dextris suis hedos autem

Seu malos a sinistris In ipsa positione dextere
et sinistre iam exiunt utriusque partis cogitatione
poterit cui misericordia et cui miseria i
inveniat unde Cris. Iustos quidem ad dex-
teram constituet et peccatores ad sinistram
ut unusquisque meritorum suorum condicionem
ex ipsius loci qualitate cognoscat recte
iustos ad dexteram collocabit quia numquam
cognoverunt sinistram merito impios ad si-
nistram quia numquam cognoscere voluerunt
dexteram partem vias enim que a dextris sunt
novit dominus perverse autem sunt que ad sinistram
sunt Et iterum A sinistris sunt qui cupiunt
temporalia a dextris qui querunt eterna unde
et Remigius In dextris eterne beatitudinis
confirmabuntur qui amaverint eterna in
sinistris eterne miserie qui cupierunt presentia
illam et ipsa transitoria dei dona respectu
eternorum dicuntur esse sinistra eterna vero
in dextra quia sunt pauciora hinc est illud
Cor sapientis in dextera eius et cor stulti
in sinistris illius ¶ Tunc dicit rex hiis qui
a dextris eius erunt i. bonis hic non dicit
filius hominis sicut supra sed rex ad cuius aptum
tem pertinet subditos regere leges condere
transgressores legis punire et observatores
premiare quod tunc apparebit manifeste
Tunc non queret pilatus ergo rex es tu
Tunc non dicent iudei non habemus regem
nisi cesarem Dicet inquam rex venite benedicti
patris mei i. a patre meo qui a patre ben-
dictionem gratie accepistis quia non nisi bene dic-
ti primo per gratiam et meritum vocantur
ad beatitudinem eternam et premium non dat
enim dominus patrem eternitatis nisi super patrem
pectoris vel sancti nobis dicuntur benedicti qui-
bus pro bonis meritis debetur eterna ben-
dictio possidete et eternaliter tenete paratum
nobis regnum celorum locum sanctorum
a constitutione mundi ubi Criso. ante enim
quam nos nasceremur nec hec nobis preparata

sunt et parata quia nos tales futuros
Sciendum Remigius Rex regnum sine stre-
pitu verborum loquitur i. manifestabit
conscientiis et mentis dicentes per collationem
glorie. Venite beneficio patris mei promoti
et obtinendum regnum vite predestinatum nobis
a constitutione mundi hec Remigius Ante mundi
constitutionem paratum fuit per predestinatos
a constitutione mundi per creatos ab ascen-
sione per apertum Attende hic dulcissima ini-
tia domini cum dicit venite benedicti patris
mei O quam felices et beati qui hoc dulce et vita-
torum ad se dictum meruerint audire et a
domino invitati regnum eius percipere Frequenter
ergo nunc et canemus devote invitatorium
domini et regnare sine fine cum eo Et tunc come-
morabit dominus sex opera misericordie in
se capite et in membris suis propter cum facta
que sunt pascere esurientem potare sitientem
colligere hospitem vestire nudum visitare
infirmum consolari vinculatum et per hec
intelligitur septimum quod est in tobia scilicet
sepelire mortuum unde est versus iste vi-
sito poto cibo redimo tego colligo condo Et
secundum quosdam non erit aliud hec commemoratio
nisi quia omnes scient merita sua pro quibus
salvabuntur vel etiam dampnabuntur Ubi Cris.
pectoris sancto gaudio extollunt sancti qui in con-
spectu omnium angelorum quod fecerint
hominibus fatetur se accepisse Nam tale vi-
detur opus eorum non quale datum est sed
qualis persone illius est qui accipit hec Cris.
Ex quo iusti laudem suscipientes interrogabunt
qui hec sibi fecerint Secundum Remigium in conscia
entiis suis ita respondebunt non dubitantes
vel diffidentes de verbis domini sed vel stupen-
tes pro magnitudine maiestatis regis vel
quia parvum videtur eis omne bonum quod fece-
runt comparatione premii unde apostolus non sunt
condigne passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam que revelabitur in nobis ubi

Inter cetera. Humilitas que nec post mortem
deficiet homo enim malus etiam falsis hono-
ribus delectatur hic aut bonis etiam sibi
debitam laudem fugit. Unde et sancti debita
sibi laudem tunc repellentes dicent Quando
te vidimus esurientem hec Crisostomus. Et re-
spondens rex dicet illis Amen amen dico
vobis quod diu id est eo et quo uni fecistis id est opera
misericordie exhibuistis uni de his fratri-
bus meis minimis michi fecistis. Fratres
sunt quia fecerunt voluntatem patris mi-
nimi vero quia fuerunt humiles et abiecti
ubi Crisostomus. O bonitas christi quod dum in corpore
contemptibili erat in mundo fuerant veri
similes ratio ut propter similitudinem videtur eos
fratres suos homines appellaret. Quid
autem dicamus quod in illa gloria constitutus
ad hoc contentus est eos dicere fratres
quibus sufficeret ad laudem si vel bonos
suos illos vocaret. Et iterum christus hoc enim
sunt fratres quia humiles quia pauperes quia
abiecti et contemptibiles hos enim tales magis
infirmitatem vocat unde et Augustinus Mini-
mi ergo qui sunt christi hii illi sunt qui omnia
sua dimiserunt et secuti sunt eum et quod
quod habuerunt pauperibus distribuerunt
ut deo sine seculari compede expediti ser-
virent et ab omnibus mundi liberos ve-
lud pennatos sursum humeros tollerent.
Hii sunt minimi quia re minimi. Quia
humiles quia non elati non superbi. Appende
minimos istos et grave pondus invenies
hec Augustinus. Christus itaque in esurientibus esurit
in sitientibus sitit in infirmis egrotat et
in aliis similiter patitur. Magna ergo
reverentia suscipiendi sunt minimi et
pauperes christi cum magna veneratione
serviendum est eis siquidem christus in eis su-
scipitur et honoratur hec Gregorius. Retribue-
dum ergo pigri cur estis cum hoc quod iacenti
in terra porrigitis sedenti in celo datis

Hec premissa sunt opera misericordie
ad corporis miserias pertinentia. Ad animas
vero spectat ut esurientem et sitientem iu-
sticiam pane verbi dei reficias et potu sa-
pientie refrigeres errantem per heresim
vel per peccatum in domum matris ecclesie inducas
innocentem a malis protegas nudum a bo-
no opere virtutibus vestes infirmum in fide
corrobores tribulatione seu carcere tristicie
oppresso subvenias compatiendo vel consola-
do qui enim hec facit verum dilectionem et carita-
tem implet. Et hec maiora sunt quam alia pre-
missa quia ut ait Gregorius plus est verbi pa-
bulo victuram in perpetuum mentem refice-
re quam ventrem moriture carnis terreno pane
saciare unde Crisostomus. Si hec omnia corporalia
corporibus christi ministrare magne beatitu-
dinis est que omnino post modicum sunt peritu-
ra putas quante beatitudinis est hec omnia
spiritualiter animabus predicantibus ministrare
quibus viuificate possint vivere in eternum.
Quanto melior est anima quam corpus tanto
meliora sunt que ad salutem animarum
quam que ad sustentationem corporum ministrantur.
Tunc dicet rex et hiis qui a sinistris
eius erunt id est reprobis qui sinistra id est tempora-
lia quam dum vixerunt ardentius amaverunt
Discedite a me. O infelix discessio o dura
separatio o miserabilis conditio quia
a me fonte vite indeficientis a me lumine
glorie beatificantis a me torrente vo-
luptatis inundantis a me plenitudine
ubertatis inebriantis. Maledicti primo
maledictione culpe secundo modo maledictione
pene eterne in ignem eternum sine fine
vos arsurum qui paratus est dyabolo et an-
gelis eius ut quibus colligati fuistis in
culpa sociemini in pena. O consortium
malum horribile quidem ad permagnum
dum horribile quidem amplius ad viden-
dum sed ad hoc horribilius ad cohabitandum

Non portastis mecum clauem veritatis ideo in
regnum non intrabitis non nauigastis
in naue veritatis ideo ad portum non perue-
nietis sed penam dampni et sensus habe-
bitis dum mali permixti sunt bonis uidere
de tum deo sed tandem discedent abeo et mit-
tentur in ignem eternum nec uidebit in ipsis
gloriam dei. Discedite maledicti qui adhuc commo-
ti fuistis bonis in mundo a mea facie ab
omni mea misericordia ab omni gloria ma-
ledicti sed non addit patris mei quia ex patre
est benedictio ex nobis vero maledictio ubi
Criso. Quasi qui non suffert presentia illorum
uel aspicere sic dicit discedite a me. Nam deus
qui in sanctitate delectatur animarum pecca-
trices animas aspiciens quasi grauatus non suf-
fert tamquam si dicat eis. Quasi putredo et spur-
citia estis nec tam diu vos sustineo quam statis
in iudicio modo. Et iterum item maledicti non
a patre meo neque ipse eos maledixit sed propria
opera in ignem eternum qui paratus est non nobis
sed dyabolo et angelis eius. Quia vero uos
ipsos in ignem misistis nobis ipsis reputate
sed ne unquam hec patiamur o unigenite fili dei
sed faciem illam mansuetam uidere aduersam
a nobis et tranquillum illum oculum non
ferentem uidere nos neque accipiamus ali-
quam experientiam illius pene intolerabilis sed
excidere a regni gloria et comburi in ge-
henna. De hac etiam exclusione et separa-
tione sic dicit idem Criso. Ponamus illud
ante oculos quanti doloris est excludi et priuari
a regno celorum quod ut mihi videtur ipsa
grauius est gehenna. Nam et si ille ignis
non ardet et immortalis illa pena non esset
parata hoc solum quod alieni efficimur a christo
et excludimur a bonis eternis omni omni
pena cruciabilius duceretur hec Criso.
Et commemorabit uidelicet opera misericordie pre-
dicta ab ipsis reprobis sibi non facta sed
reprobi quasi se excusantes respondebunt et

et interrogabunt quando hec sibi non fece-
runt verum ut ait rabanus et si se excu-
sare satagunt tamen deum fallere non
possunt unde respondebit illis dicens. Quam-
diu non fecistis uni de minoribus hiis nec
mihi fecistis ubi aug. christus caput est ecclesie
corpus eius ecclesia. In nostro corpore caput
sursum est pedes in terra. In aliqua consti-
patione hominum quando aliquis tibi pede calcat
nomine dicit caput calcas me. Quomodo
ergo lingua quam nemo tangit dicit calcas
me sic christus caput quem nemo calcat dicit
Esuriui non dedistis mihi manducare et ce-
tera ubi et Criso. Et vide qualiter leuia in-
iungit. Non enim dixit in carcere eram et non
eripuistis me. Infirmus et non curastis me
sed non uisitastis me et non uenistis ad me.
In esuriendo etiam non preciosam petit men-
sam sed necessarium cibum. Omnia ergo suffitie
sunt ad penam. Primo quidem facilitas
petitionis. panis enim erat. Secundo miseria eius
qui petebat pauper enim erat. Tertio compassio
nature homo enim erat. Quarto desiderium
promissionis regnum enim promisit. Quinto dignitas
eius qui accipiebat. deus enim erat qui per
pauperes accipiebat. Sexto superabundantia
honoris quando dignatus est ab hominibus accipere.
Septimo iustitia dationis ex suis enim a nobis
accipit. Sed contra uniuersa hec homines per
auaritiam excecantur hec Criso. Et reuera
per auaritiam homines ad opera misericordie excecantur
et ad ea duri et quasi insensibiles redduntur. Sic-
ut enim caritas que directe opponitur auaritie uult
omnibus subuenire et bene facere sic auaritia
suadet a talibus abstinere et non operibus misericordie
intendere. Suggerit enim quasi consulendo ipsi
misero quem possidet ut de talibus non curet
quia tantum constarent et tanti dampni in-
de reciperet. Hic siste tu miser auare qui a-
liis in necessitate positis non curas succurrere
et maxime hic siste tu crudelis presidens seu

prelate et specialiter religiose qui infirmis tuis commissis de ministris et custodibus uel quibuscumque aliis necessariis non studes providere. Attende et vide quia hoc terribile iudicium in quo de operibus misericordie disceptacio fit tibi specialiter imminet quia precipue immisericordes arguet iudex et punitet. Tunc audiens correpciones durissimas quibus non poteris contradicere qui modo abicis moniciones mollissimas quibus non vereris repugnare. Tunc erit hora tua qua tibi instabit horrenda miseria ut cum maledictis eas in ignem eternum dyabolo et angelis eius paratum. Illuc perges derelictus a cura et custodia diuina qui hec tuos infirmos dereliquisti sine cura et custodia humana. Et tunc nichil contra qui contra caritatem fuisti et necessitatibus indigencium crudeliter subtraxisti te a miseria liberabit sed tua crudelitas te sine fine immaniter cruciabit tunc boni poterunt contra te sumere parabolam et dicere ad exaggerandum tuam miseriam. Quomodo cessavit exactor quievit tributum. Cessavit exactor qui aliis necessaria subtrahendo quasi exaccionare eos videbatur quievit tributum quod alii defectum paciendo quasi soluere cogebantur. Quod tibi miser tunc proderit tua crudelitas et avaricia pro qua habebis pati tanta et talia sine fine mensura. Tunc per penam sed nimis tarde aperientur oculi tui qui modo per avariciam contra opera misericordie sunt excecati et tunc sola uexacio dabit tibi intellectum qui modo circa uexatos habes cor induratum. Hec paucta o avare impie crudelis et dure tyranne diligenter attende et dum adhuc uales te emendare stude ut mala precaua possis deo auxiliante evadere amen. ¶ Sufficiencia autem predictorum operum misericordie hoc modo accipitur. Homo enim in vita presenti. Primo indiget ex parte corporis alimento quo non potest esse videlicet cibo et potu et sic est duplex opus misericordie scilicet pascere esurientem et potare sitientem. Secundo indiget alimento sine quo non potest bene esse scilicet indumento et domicilio et sic iterum est duplex opus misericordie scilicet vestire nudum et colligere vel recipere hospitem. Tercio indiget post vitam istam sepultura et sic est quintum opus misericordie scilicet sepelire mortuum. Ista autem quinque predicta sunt omnibus communia. Alia sunt duo opera misericordie que impenduntur alicui ex aliquo accidente superveniente ut si aliquis incurrat infirmitatem vel capiatur ab hostibus et sic accipiuntur duo opera misericordie que sunt visitare infirmum et redimere captiuum. Et nomine redempcionis intelligitur omne beneficium eis impensum. Ista autem septem impensa fidelibus propter Christum reputat ipse Christus sibi facta et e contrario fidelibus denegata sibi reputat denegata quia fideles sunt eius membra propter quod facientibus opera misericordie reddit vitam eternam denegantibus autem ea reddit penam. Aduertendum tamen quod cum dicitur domine quando te vidimus esurientem et cetera non est questio procedens ex ignorancia quia iusti cognoscent quod opera misericordie facta membris Christi ipse sibi reputat fieri et pro talibus se saluari et similiter mali scient se pro contrario dampnari sed est questio admiracionis pro magnitudine gracie que fiet electis et pro magnitudine misere que infligetur reprobis. Erit itaque iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Quid ergo merentur qui aliena rapiunt si eternaliter dampnantur qui de suo non dederunt. Si talia sustinebunt immisericordes qualia passuros putamus crudeles unde Crisostomus. Ex hoc loco sciendum

est q non tantum pro eo q peccaverunt ho-
mines condempnandi sunt s(ed) etiam pro eo q
bene non faciunt. Si aut̄ pro eo q bene non
faciunt sic condempnantur, putas quales pe-
nas exsolvent pro eo q peccant. Et digne d(eus)
eni(m) hominem ideo fecit ut bene faciat et ad
gloriam dei pertineat non ideo tantum ut
non peccet. Nam si non faciat bonum nec (est)
causa qua creatus est. Sine dubio eni(m) et si
creatus non fuiss(et) pecc(atu)m non fieret sup(er) t(er)ram.
Nam qui intelligit ministerium divine di-
spensationis quare factus est homo cognos-
cit quia merito q(ui) peccans condempnetur
qui iustitiam non facit. hec Criso. Sicut ∂
melius est opera mi(sericordi)e circa animas quam
circa corpus facere sic peius est ea circa a(nim)as
q(uam) circa corpus negligere. Unde Criso. Si
hec corporaliter corporibus non prestare
impietatis est qua et si acceperint ea no(n) p(ossu)nt
vivere semper putas quante impietatis
est hec omnia spiritualiter animabus peri-
clitantibus non ministrare que poterant vi-
vere in eternum si hec eis ministrata fuisset.
Quantum eni(m) melior est anima q(uam) corpus ta(n)-
to gravi(us) est pecc(atu)m animabus laborantibus
spirituales elemosinas non prestare q(uam) corpo-
ribus corporales. In ecclia ergo non solum s(un)t
pauperes corporaliter esurientes aut debi-
les corporaliter aut peregrini s(ecundu)m corpus s(ed)
etiam spiritualiter pauperes sine cibo iustitie
sine potu cognitionis dei sine vestimento xpi.
Maxime taliter pauperes sunt qui corporal(ite)r
videntur divites et q(ui)a plerumq(ue) habunda(n)-
tia rerum inopia iustitie invenitur. Sunt pe-
regrini in hoc mundo sunt debiles animo sut
mente tepi in obedientia suadi et ceteris pas-
sionibus spiritualibus egrotantes quorum
m(u)lti eni(m) escam spiritualem abhominantes appro-
pinquaverunt usq(ue) ad portas mortis. Qui
ergo non habet unde faciat elemosinas cor-
porales faciat spirituales ex gratia verbi q(uo)d
accepit a deo et inveniet retributo(rem) dignam

a xpo qui omnia tam corporalia q(uam) spiritua-
lia data q(uasi) in se facta commemorat queciq(ue)
in hominibus fiunt. Hec diximus ut sciant
doctores et q(ua)ntum beatitudinis sibi acquirant
si diligentes fuerint circa verbum et q(ua)ntu(m)
dampnatois si fuerint negligentes. hec Criss.
Et ibunt hij s(cilicet) reprobi in suppliciu(m) eter-
num iusti aut(em) in vitam eternam. Unde Criso.
Propt(er) hoc utiq(ue) et hij iuste puniuntur et illi
coronantur s(ecundu)m gratiam et si decem milia
bona fecerint gratie est eni(m) hec munificentia
pro tam parvis et vilibus celum tantum et
regnu(m) et tam magnu(m) eis dari honorem. hec
Criss. Eternu(m) est ergo suppliciu(m) malorum et
simile(r) p(re)mium bonorum. Sicut eni(m) pecca ac-
tualia transeunt actu et remanent reatu
ita bona opera transeunt actu et remanent
merito. Unde Criso. Prudens lector intende
q(uod) et supplicia eterna sint et vita p(er)petua ne
tum deinceps non habeat timorem. Et
nondum q(uod) potius fit disceptatio de operibus
mi(sericordi)e q(uam) de operibus iustitie cum tamen magis
teneamur ad opera iustitie quia opera mi(sericordi)e
faciliora sunt quia natura ad hec inclinat
et ideo magis arguenda ubi deficiunt et m(agis)
remuneranda ubi assunt et ergo si ista re-
munerantur et alia. Item potius arguit de
obmissione q(uam) de commissione cum tam(en) ma-
ioris criminis sint commissa et ideo magis ar-
guenda quia puniendo q(uod) minus est innuit
amplius facere de maioribus. Si eni(m) obmis-
sa arguit multo plus commissa. Item magis
arguit de pecc(at)is in proximu(m) q(uam) in deum quia
si pecca in proximu(m) condempnantur multo ma-
gis pecc(at)a in deum ut blasphemia et ydolatria.
Item cu(m) septem sint opera mi(sericordi)e s(cilicet) sepultu-
ra mortuorum de qua in tantum thobias
commendatur obmittit quia minus (est) n(ecessa)ria
inter cetera opera mi(sericordi)e. Item cum sit mi(sericordi)a
corporalis et sp(irit)ualis potius defectu(m) arguit
operum corporalium q(uam) spiritualium quia
opera corporalia sunt evidentiora vel per

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

hec etiam significantur illa ¶ Potest autem queri u-
trum illa disceptatio et sententia erit uocalis
quia ut dicit aug. per quod dies hoc iudicii
tendatur incertum est sed si mentaliter fieret
tantum statim expediretur ¶ Et contra qui-
dam dicunt quod iudicium erit mentale et non
uocale aliter multo tempore protenderet unde
in libro sapientie Disrumpet illos inflatos
sine uoce Alii dicunt quod et mentale erit inte-
rius et uocale exterius quia iudicabit xpc
non tantum ut deus sed ut homo ideo eius iudicium
erit non diuino modo tantum sed humano ex hoc
autem maius gaudium sensibile bonorum et
maior dolor sensibilis reprobatorum erit ¶
Unde non frustra erit hoc sed utiliter sicut et
corporalis hominum apparitio Dicit ergo adhe-
rendo dicendum ad obiectum quod disrumpet
illos sine uoce excusationis sufficientis uel ap-
pellationis sed non sine uoce disceptationis ge-
neralis ¶ Dicit ergo bonis quibus paratum
est regnum a constitutione mundi antequam fie-
rent ad uitam eternam erant predestinati sic
mali qui mittentur in ignem paratum dy-
abolo et suis a constitutione mundi antequam
fierent ad mortem erant presciti Est enim
differentia inter predestinationem et prescientiam quia
predestinatio dei nichil est nisi precognitio bonorum
cum causalitate eorundem Sed prescientia dicit
precognitionem respectu malorum sine causalita-
te que potius residet penes liberum arbitrium
Sed autem conditionaliter predestinatio dei nichil
est sine aliqua conditione predestinatum est Pre-
destinatum est enim ut saluaretur mundus
sed per aliqua baptismatis et mortem filii dei
Predestinati sunt omnes boni ad gloriam
ea tamen conditione si fidem tenuerint si ca-
ritatem si humilitatem si patientiam si unitatem ac pie-
tatem et his similia habuerint Tales enim
eos futuros preuidit quos deus ad uitam predesti-
nauit et quasi predestinando eis diceret Ego
quidem ad uitam uos predestino si tamen ta-
les et tales fueritis Qui ergo talis esse non

uult qui mandata dei custodire non intitur
ideo non uenit ad predestinationem quia non seruat
conditionem Noli igitur attendere ad predestinationem
dei quam ignoras attende ad uerba que au-
dis et intelligis Sicut enim in predestinatione
sua uerus est deus et mutari non potest ita et
uerba eius uera sunt et mutari non possunt
Sed audiamus que sint hec uerba Peccator
in quacumque hora conuersus fuerit et inge-
muerit uita uiuet et non morietur Et iterum
Si uolueritis et audieritis me bona terre
comedetis quod si nolueritis gladius deuora-
bit uos Similiter in ewang. Qui crediderit
inquit et baptizatus fuit saluus erit qui uero
non crediderit condempnabitur Et iterum
Si non dimiseritis hominibus peccata eorum
nec pater uester celestis peccata uestra Ne queras alia
predestinationem In his enim uerbis omnis uite et pre-
destinatio mortis et prescientia cognoscitur Si
hec feceris esto securus et crede indubitanter
quia ad uitam eternam predestinatus es
Si si indurato corde hec facere nolueris et
in hac malitia perseueraueris Pro certo sci-
as te ad mortem esse prescitum ¶ Quamuis
enim nullus homo ad penam sit predestinatus omnis
tamen homo aut ad gloriam aut ad supplici-
um est prescitus Nullus ergo dicat se frustra
orare deum et alia bona facere quia predesti-
natio diuina que est preparatio gratie in
presenti et glorie in futuro cum sit eterna
sit ab eterno predestinauit aliquos ad beatitu-
dinem ita preordinauit modum per quem
duxit sibi illam beatitudinem scilicet per merita
sua et orationem Predestinatio enim taliter
est instituta ut precibus et laboribus obti-
neatur Et ideo non frustra orat deum
quia oratio est illud per quod ex ordina-
tione diuina debet consequi gratiam et
gloriam et eadem ratio est de omnibus a-
liis bonis quia cadunt sub ordine diuine
predestinationis unde sicut deus aliquem
saluandum preuidet sic et modum quo sal-

uari debeat Propter stultus est qui dicat vo-
lo facere quod michi placuerit quia si sal-
uari debeo saluabor uel si dampnari debeo
dapnabor sicut stultus esset infirmus qui
diceret nolo comedere et bibere quod michi
placuerit quia si curari debeo curabor
uel si mori debeo moriar Sic enim inutiles
essent medicine Sane si deus dimittit li-
berum arbitrium quod se habet ad utrum-
libet in malum cadere hoc non permittit
nisi iuste Rursus si preueniat per graciam nul-
li facit iniuriam vnde secundum aug. liberum ar-
bitrium est libertas eligendi bonum uel ma-
lum et hoc in paradiso homo habuit liberum
nunc vero captiuum quia bonum non vult nisi
gracia dei preueniatur nec potest nisi eum sub-
sequatur Cum ergo malos dampnat et re-
probat operatur secundum iusticiam quos vero pre-
destinat et saluat agit secundum graciam et miam
que non excludit iusticiam Nullam autem ne-
cessitatem infert prouidencia dei rerum eue-
tibus sed sicut se habet res ad utrumlibet videlicet
fieri et non fieri sic se prouidentur habere Que
prouidencia seu quod idem prescientia dei ex sua
sapiencia presciens omnia antequam sint omnino in-
mutabilis est et nullo modo potest falli et ideo
omnia prouisa a deo necesse est fieri quia
non potest simul esse quod prouisa sint et non fiant
sed non sequitur quod necessario fiant Sic quasi dicatur
me uidente te currere necesse est ut curras
hoc est non potest simul fieri ut uideam te cur-
rere et non curras et ex hoc nequaquam prouenit
quod necessario curras vnde boecius Due sunt enim
necessitates simplex vana veluti quod necesse
est omnes homines esse mortales altera uero
condicionis ut si aliquem ambulare scias eum
ambulare necesse est hanc etiam necessitatem
non facit propria natura sed condicionis adiec-
cio Nulla enim necessitas cogit incedere neces-
sarium sit Que igitur cum fiunt carent
existendi necessitate eadem prius quam fiant sine
necessitate futura sunt Nam sicut sciencia

presencium rerum nichil hiis que fiunt ita pre-
sciencia futurorum nichil hiis que uentura sunt
necessitatis importat Eodem modo si quis pro-
uidencia prius videt id esse necesse est et si nul-
lam nature habeat necessitatem hec boecius
Et ideo hec duplex est Si deus preuidet hoc
necesse euenire oportet quia copulatiuum est uera
diuisim falsa et est ibi necessitas consequencie non
consequentis Exemplum habemus boecii Si aliquis
videt aliquem facientem rotam necesse est
quod ille faciat rotam nec tamen uisus eius causa
est illius faccionis Sic deus preuidet mala
istius opera nec tamen causa est quare iste
male operetur verum tamen fiet si preuisum
Quando autem deus facit rem aliquam non fit
in ipso deo mutacio sed in re creata quam operatur
vnde quando fecit predicari subuersionem niniue et
predicari mortem Ezechie quorum neutrum acci-
dit in talibus non mutauit deus consilium
quod ab eterno secum fuit sed sentenciam que respectu
ad ipsa negocia habuit quia niniue subuer-
tenda erat secundum merita et ezechias moriturus
erat secundum causas inferiores uel eam secundum
merita sed hec non posuerunt necessitatem di-
uine potencie Predestinacio igitur licet certa
sit libertatem tamen arbitrii non tollit vnde
bonorum saluacio est necessaria necessitate consequencie
uel condicionata non necessitate consequentis
uel absoluta ista enim proposicio predestinatus potest
dampnari falsa est in sensu composito est tamen
uera in sensu diuiso Sic ergo exclusum est
sophisma quod multos in errorem duxit ut
omnia ex necessitate fieri putarent Si ergo
dicis quid ad hoc faciendum est Respondeo
quia hoc solum super est consilium ut conemur
et contendamus placere ei qui nos uocauit
Dicit enim aug. Sic preordinata est diuina pre-
destinacio ut ad eam per bonorum operum
perseueranciam perueniamus Hinc dicit
Petrus Ipsa celestis regni predestinacio ita ab
omnipotenti deo deus ante tempora disposuit
donare ubi nota exemplum utile et aptum

ad propositum Fuit enim in quodam mona-
sterio frater quidam religiosus et devotus
cui sepe revelationes fiebant divinitus Et
quidam alter eiusdem monasterii frater sties
et stetit apud eundem ut deum oraret ut eius
sibi dignaretur ostendere si ipse de numero sal-
vandorum esset Et cum vir ille precibus vir-
tus orationum instando hoc a deo postularet
ostensum est sibi quod ille frater de numero dampna-
dorum consisteret Unde timens fratrem alium
turbare per aliquos dies hoc sibi celavit
sed tandem eidem requirenti licet invitus
aperuit Ille autem hoc audiens et spirituas
intelligens statim respondit Benedictus
deus nec tamen sic desperabo sed penitentiam
quam per ingressum religionis assumpsi
de cetero duplicabo et triplicabo donec gra-
ciam et misericordiam apud deum altissimum qui pius
est inveniam Et non post multos dies idem
fratri predicto divinitus revelatum est quod il-
le alter frater de numero salvandorum
esset Et cum eidem fratri retulisset ille
letus effectus de revelatione fortior factus
est in opere ac viriliter agens et de virtu-
te in virtutem proficiens perseveravit
in bono sine cessatione Utinam multi hoc
exemplo moti manum suam ad fortia mit-
terent et non desperarent vel desisterent
quia sic agendo et in hoc perseverando deum
sibi propicium utique invenirent Oracio
Domine ihesu christe iudex vivorum
et mortuorum in extremo iu-
dicio me a dextris collocare digneris et
tunc auditum fac illam dulcissimam vocem
tuam quam promisisti electis tuis dicens Venite
benedicti patris mei percipite regnum et
fac ut non timeam ab auditione mala quam
comminatus es reprobis dicens Ite male-
dicti in ignem eternum O unigenite fili dei
miserere nostri ne unquam illam penam intolera-
bilem experiamur sed excedere a regno glo-
rie et obivit in gehennam deus meus

misericordia mea Amen

Incipit alia pars huius secunde partis